Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad eos pylatus foras: et dixit. Quam accusationem affertis adversus
hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non
te tradidissemus eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eum vos: et secundum
legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quem
quam. Ut sermo iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset
moriturus. Introivit ergo iterum in prtorium pylatus: et vocavit iesum et dixit
ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit iesus. A te metipso hoc dicis: an
alii tibi dixerunt de me? Respondit pylatus. Numquid ego iudeus sum?
Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit iesus.
Regnum meum non est. Dixit itaque ei pylatus. Ergo rex es tu? Re
spondit iesus. Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc
venit in mundum: ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est de veritate
audit meam vocem. Dicit ei pylatus. Quid est veritas? Et cum hoc dixisset:
iterum exivit ad iudeos: et dicit eis. Ego nullam causam invenio in eo. Est
autem consuetudo vobis: ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam
vobis regem iudeorum? Clamaverunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed bar
rabam. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus iesum et fla
gellavit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti
eius: et veste purpurea circumdederunt eum: et veniebant ad eum. et dicebant.
Ave: rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exivit iterum pylatus foras:
et dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras: ut cognoscatis quia in eo nullam
causam invenio. Exivit ergo iesus portans spineam coronam: et purpu
reum vestimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum vidissent eum pontifices et
ministri: clamabant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Dicit eis py
latus. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam.
Responderunt ei iudei. Nos legem habemus: et secundum legem debet mori: quia
filium dei se fecit. Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem: magis timuit. Et in
gressus est prtorium iterum: et dicit ad iesum. Unde es tu? Iesus autem res
ponsum non dedit ei. Dicit ergo ei pylatus. Mihi non loqueris? Nescis quia
potestatem habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? Re
spondit iesus. Non haberes potestatem adversum me ullam: nisi esset

de hoc mundo Si de hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc